Quelle: https://manuscripta.at/?ID=6898
Copyright: Wien, Dominikanerkonvent



FO. XLIIII

reo alteram legē in membris meis repu-
gnantē legi mētis mee. captiuantes me in
lege peccati. Et rursus. Infelix ego hō-
ꝗs me liberabit de corpe mortis huius.
Quō nos securos esse putamꝰ. si delicijs
vacamꝰ. si micantes oculos in feminam
eijciꝰ. Ob eā rem patientie atq; ꝓstan-
tie turr⁊ inexpugnabilis Job ajebat. pe-
pigi fedꝰ cū oculis meis. vt non cogitarē
ad̄ez de ꝓgine. Expiebat enī vir sanctissi
mus. q; p exteriorē visum interꝰ corrūpet
lumen. suis cū oculis pactū pegit ne in-
caute aspiceret qd illicite concupisceret.

Et q̄ animus ex omnibꝰ sensibꝰ tāq̄
suis ex nuncijs possit ꝓmoueri. nullꝰ tū
est. q̄ vel plures vel distinctiores. vel etiā
vehementiores. exactioresq; mēti nostre
offerat species. q̄ visus. Magna nimirū
est eius ptās. q̄ p amplum giz lustra-
tionis sue. fulgore velociter cursus eiꝰ. et
sup oēs volucres celi volatus suꝰ. pene-
trabilior omni gladio acuto conꝰ intuitus
eiꝰ. Adamat pulchra. ⁊ velut strennuissi-
mus miles atq; expeditissimꝰ armiger.
quoorsum se verterit. dimicando ferit. in
sublimbꝰ ⁊ excelsis q̄ maxime delectat.
Hinc tanq̄ in arce in sublimiori ꝓstan-
tioriq; pte hoīs oculi sunt a natura loca-
ti. vt p eos non in feminas. nō in vanita-
tes huius mūdi. nō in seculi voluptates.
sed in celos ⁊ ad sidera. ⁊ ad sūmi dei ꝓtē-
plationē nr̄ ꝓsecat aspectus. Et qm̄ in domi
to eq̄ sunt calcande habene. sic refrenan-
dus est aspectꝰ nr̄. ne calcitret. sic pudici
cia ornandꝰ ne labefiat. sic ꝓmendus
ne se extollat. sic retinendꝰ ne in p̄cipiciū
nos eijciat. sic veniq; vbiq; ⁊ apud quē-
cunq; custodiendꝰ. ne referendarꝰ tante
maiestatis cardo fiat nr̄e eterne captiui-
tatis. Credite mihi frēs mei dilectissi-
mi. curiosum. vanū. ⁊ incautū aspectum.
nō labefactantis libidinis tm̄. verum eti
am oīm maloz extitisse originē. Nam q̄
pacto voluptuosissima illa p̄ma parens
nr̄a Eua diuinū fuit transgressa p̄ceptū.
nisi qz veritū incaute pomū aspexit. Ob̄
qz impudice patris aspexit verēda. de ho
norandis parētibꝰ mandatum ꝓtempsit.
Castissimi Joseph dna oculos in eū cōij
ciens in libidinē exarsit. Dina ob eiꝰ va-
num aspectum a sichem corrupta homici
diorum. guerraz inexplicabiliūq; fuit cā
maloz. Ex nude veneris aspectu. Paris
excelse ⁊ inclite ciuitatis troiane pepit in
cendiū. Egyptij visa eius pulchritudine
Sarā Abrahe ꝓiugē rapuerūt. Ololofer
nus captꝰ sctē Judith ornatu cum oī suo
perijt exercitu. Senex ex luxurioso visu i
castā pudicāue Susannā exarserūt. Sed
quid p ampliora vagor exempla. Nō so-
lum h corporeꝰ sed mentꝰ aspectꝰ incautꝰ
maloz oīm extitit ittiū. Nāq; lucifer suā
pulchritudinē. splendorē. celsitudinēq; cō
templās elatꝰ est. ⁊ prelari cepit. vt pone
ret sedem suā versus aq̄lonē. ⁊ silis fieret
altissimo. Propter qd e celo cū oī sua co
horte in eternos cruciatꝰ electus ē. Hinc
xp̄s in euangelio dicit. Videbā sathanā
sicut fulgur de celo cadentē. O q̄ igit̄
periculosus. q̄ dānādus. q̄ detestandꝰ.
q̄q; magnope fugiēdus ē interioz exte-
riorūq; oculoz vanꝰ ⁊ incautus aspectꝰ.
Peride sanctꝰ supplicabat Dauid. Auer
te oculos meos dñe ne videant vanitatē
Auerte oculos carnis ne carnalis fiam.
Auerte dñe. auerte oculos mentis mee.
ne elatus a tua celsitudīe. sicut sathanas
tuā. Ob eam rē sancto Loth a sodomis
fugienti p̄cipit̄. vt nō retroaspiciat. neq;
remaneat in oī circūadiacenti regione. sz
in monte saluū se faciat. Qui retroaspi-
cit. vt xp̄s ait nō est aptꝰ ad regnū dei. h
est qui sicut canis ad vomitu⁊ redit. q̄ ex
religione ad iā relictam militiā secularez
reuertit̄. qui p oculos corporeos aīe que
rit interitū. qui ob mundanarū rerū con
cupiscētiam. minime veret̄ sua labefacta
re conscientiā. de q̄ quid aliud sentire pos
sumꝰ. nisi qd vxori Loth retroaspicienti
ꝓtigit. vt salis videlz conuertat̄ in statuā.
vt de aīato sensibili ⁊ rationabili. ina-
īatꝰ isensibil̄ irrōabiliq; fiat. vt q; mīor hoīe.
deterior bruto. ⁊ sicut lapis sine oī vita ef
ficat̄. Contemplemur q̄. q̄ mala sit huiꝰ
positionis inspectio. q̄q; detestanda ani
mi adūsio. Neq; aliquis dei seruꝰ. sicut ⁊
Loth in aliqua circūadiacenti remanere
debet regione. circūadiacētes regiones i
ordiati sunt alioz sensuū appetitꝰ. Quid
dei famulo ꝓdest. si cōponat oculos. lin
guā habeat ad detrahendū solutā. nares
gustū. tactūq; ad molliciem. sapores. odo
res ⁊ ad oēs indecentes voluptates hēat
extēsos. aures ad vana colloquia audiē-